



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 62. S. Stanislaus Martyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI.
A.C. 1079.

§. LXII.

S. Stanislaus Martyr.

Boll. 7. Maji
to. 13. p. 198. **Q**uod ad Poloniam spectat, Casimirus Rex monachus anno millesimo quinquagesimo octavo e vivis abierat, jamque Boleslaus II. cognomento crudelis, annis abhinc viginti Regnum aspiciatus fuerat. Is S. Stanislai Episcopi Cracoviensis, vitia sua, præsertim crudelitatem & impudicitiam, vigore Sacerdotali damnantis constantiam non ferebat; cumque eum frustra publice privatimque sæpius monitum S. Episcopus excommunicasset, furiose indignans Præfulem in Sacello S. Michaelis prope Cracoviam, die octava Maji anno millesimo septuagesimo nono, Sacris operatum sua manu obruncavit. Singula deinde corporis membra a reliqua compage divelli & dispergi jussit, quibus tamen iterum collectis, Sancti Martyris sepulchrum multis miraculis claruit. Auctores Poloni, qui ejus vitam, elapsis exinde annis quadringentis, prolixè scripserunt, perhibent, Gregorium VII. Papam, comperto facinore Boleslaum Regem omnesque conscios excommunicationis vinculo adstrinxisse, totam Provinciam Gnesnensem edito Interdicto Sacris privasse, Boleslaum Regia Dignitate exuisse, ejusque Subditos a juramento Fidelitatis absolvisse.

soluisse. Sed in Epistolis Gregorii VII. ^{Sæculum XI.}
 nullam hujus rei mentionem invenio, A.C.1079
 nec ullus, quod sciam, Scriptor coævus
 hanc Historiam refert. Stanislaum post- ^{Ap. Boll.}
 ea ab Innocentio IV. Papa, anno millesi- ^{p. 260.}
 mo ducentesimo quinquagesimo secun- ^{Mart. Rom.}
 do, Sanctorum Catalogo solemniter ad- ^{7. Maji.}
 scriptum Ecclesia Romana septima die
 Maji colit.

§. LXIII.

Legatio in Angliam adornata.

Gregorius VII. Papa Guilielmum Re- ^{I. ep. 70.}
 gem maximi faciebat, quod datis ad
 eum literis primo Pontificatus sui anno
 professus fuerat. In iis, postquam ini-
 tio de Officiis Principis Christiani disse-
 ruisset, agebat: *Hæc tibi documenta eo*
libentius exponimus, quia credimus, ne-
minem Regum te magis ea diligere. In
 alia autem epistola præ ceteris virtuti-
 bus in eo amorem Justitiæ laudat. ^{Ce-IV. ep. 17.}
 terum miserat Gregorius VII. ad Gui-
 lielmum Regem Hubertum Legatum,
 Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum, & Mo-
 nachum nomine Teutzonem, in causa
 Ecclesiæ Dolensis in Britannia, his in-
 structos mandatis; Regem monerent,
 ut fidei Sacramentum Romano Pontifi-
 ci ejusque Successoribus præstaret, &
 pecuniam ab Antecessoribus suis Ro-
 mam mitti solitam, diligentius trans-
 portari

D d 2